



Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo inchoetur

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 396. Siricii Pap. Annus 12. Arcadii Et Honorii Impp.
Annus 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14566

1792. in
V. Aug.
cap. 17.

1793.
in
1793.
1793.

ritu per Africam locis Domino Catholice fuerent, multo affectu
& obsequio salutari rogantur. hanc ipse. Sed & Possidius, quam
per totam Africam propagati fuerint clerici, Episcopi, &
monasteria ex primo illo ab Augustino erecto monasterio
doctet his verbis: Proficientes vero doctrina divina sub sancto
& cum sancto Augustino in monasterio Deo fuerent, Ecclesie Hip-
ponensis clerici ordinari caperunt: ac deinde innotescite ac Mare-
sciente de die in diem Ecclesie Catholice predicationis veritate, san-
ctorumque servorum Dei proposito, continentia, & paupertate pro-
fundius ex monasterio, quod per illum memorabilem virum esse &
effluere coeperat, magno desiderio posere atque accipere Episcopos
& clericos pax Ecclesie atque unitas & capit primo, & postea conse-
cuta est. Nam ferme decem, quos ipse nomi. sanctos ac venerabiles vi-
ros continentes & doctissimos beatus Augustinus diversis Ecclesie,
nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterq; & ipsi ex
illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesie propagatis,
& monasteria instituerunt. Et studio crescente adificationis verbi
Dei, cetera Ecclesie promotos fratres ad suscipiendam sacerdotium
praestiterunt. hanc Possidius: vt plane videas ex vno Augu-
stinum monasterio vniuersam Catholicam Ecclesiam Africanam
sanctis sacerdotibus & monasteriis (ex aliis, alius
deriuantibus) breui tempore fuisse repletam, Donatistis
propterea inuidentibus, & nomen monachi b execrantibus.
Sed de his alibi.

II.

1794.
in
1794.
1794.

At denique vt ad eundem Paulinum, ad quem legationem
ab Africanis Episcopis missam hoc anno diximus, redeamus,
& anni huius claudamus periodum: Quem his Consulibus
annu absoluit in agro Nolano diximus, constat eodem quoq;
anno ad Severum primam scriptis-
se epistolam, qua de his, qua transacta fuissent cum Ro-
mano Pontifice, deque secessione sua & legatione Afri-
canorum Episcoporum nuper suscepta, mentionem ha-
bet. Lique in super, eodem hoc primo anno suae commo-
rationis in agro Nolano apud sanctum Felicem, fecerunt
eius Natalitium carne cecinisse: statuisse quippe ipsum
qualibet anniuersaria die natalis ipsius carmen in laudem
eius scribere, idem ipse & ad eundem Severum scribens tes-
tatur his verbis: Habet ergo fidelibus a me dicit, vnon veribus, Na-
taliu. de mea solenni ad Dominum cantilena, cui corpore &
spiritu quotidia, lingua autem quotannis pensito dulcissimum serui-
tutis voluntaria tributum in die festo consecrationis eius, immolans
Christo hostiam laudis, & reddens Altissimo vota mea. hanc ipse.
Porro secundum ordine positum est primum carmen de
Natalitio Nolae scriptum: nam primum constat absente
agentemq; in Hispania descripsisse. Ceterum scias Pauli-
num appellare consueuisse sanctu Felicem Dominadium,
quasi Dominum adium, quas ipse Paulinus in honorem
illius crexerat.

III.

1795.
in
1795.
1795.

Per idem tempus Friritigil quaedam Regina Marcomanorum,
cum a quodam Christiano viro, qui ad illum forte de Italia pagri-
bus aduenerat, referente sibi audiret samam viri, Christo credidit,
curus illum seruulum recognouerit: missique muneribus placatus ab
Ecclesia postulauit, vt scriptis ipsius, qualiter credere deberet, infor-
maretur. Ad quam ille epistolam praecaram fecit in modum cate-
chismi, in qua etiam admonet, vt suaderet viro suo Romanis pacem
seruare. Quae accepta epistola, mulier iussit viro, & cum populo
suo se Romanis tradidit. Quae cum aduenisset Mediolanum, plu-
rimum doluit, quod sanctum sacerdotem, ad quem festinauerat,
minime reperisset: iam enim de hac luce migrauerat. hanc Pauli-
nus. Contigit autem (vt dicemus anno sequenti) men-
se Aprilis eundem sanctum sacerdotem ex hac vita migra-
se: vt plane intelligantur hanc inter eos hoc ipso anno
transigi cepta esse: Ar perisse dolemus adeo nobile scri-
ptorum Ambrosij monumentum, quo vniuo Spiritus te-
lo indomitos haecenus barbaros subiugauit, eo praesertim
tempore, quo aliae barbaricae nationes ipsum Orientale
depaescebantur Imperium. Perfruisse & in suscepta fide
Christi Marcomannos, semelque initam cum Imperato-
re Romano pacem firmiter custodisse, certo argumento
est, quod inter alios a sancto Hieronymo f diuersarum
nationum nominatos barbaros, qui eruperunt in Gallias
sub eodem Augusto, Marcomanni minime recentiri in-
ueniuntur, cum ceteri nominentur, nempe Quadi, Vvã-
dali, Sarmatae, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgan-
diones, & Alemanni, de quibus actum sumus inferius suo
loco.

IV.

1796.
in
1796.
1796.

Isdem Consulibus, tum Marcellinus g, tum Pro-
sper h prodigium memorabile illud signant, quo arden-
te desuper caelo, atque terra tremente deorsum, Con-
stantinopolitana vrbis confagratio, eiusque extremus
interitus timebatur. Rei quidem memorabilis fama suos
egressa fines, toto pene Orbe diffusa, cunctis innotuit:
qua allata in Africam, certisque testibus confirmata, à
Sancto Augustino i his verbis describitur: Nonne ante
paucos annos, Arcadio Imperatore Constantinopoli (quod dico,
audierunt nonnulli, & forsitan noverunt, & sunt in hoc populo,
qui illic praesentes fuerunt) volens DEVS terre civitatem, &
terrendo emendare, terrendo conuicere, terrendo mundare, ter-
rendo mutare: seruo cuidam suo fidelis viro (vt dicitur) militari
venit in reuelatione, & dixit ei, civitatem venturo de caelo igne
perituram. Eumque admonuit, vt Episcopo diceret. Dicitum
est. Non contempsit Episcopus, & allocutus est populum. Con-
uersa est civitas in lacum penitentie, quem admodum quondam illa
antiqua

modicum relinquenter. Nam sacerdos prostratus ante altare Domini factum diu fleuit. Sed in tempore cum reuertissent, & renuncia-
sent iis, à quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardis, salu cele-
ri ad eundem locum, in quo federant, qui de Ecclesia triumphabant,
ascendentes, grauitur lanati reliquerunt. Quod vbi vidit tunc Sti-
lico comes, penitentie motus est, ita vt per multos dies satisfacere
Sacerdoti. Et illesum quidem illum, qui ablatum fuerat, dimiserat: sed
& quia gravissimum criminum erat reus, & aliter emendari non
poterat, ad exilium destinatus, non multo post indulgentia proficien-
te, hanc de his Paulinus: qui & de eundem Stiliconis seruo
hanc inferius subdit:

Superioribus autem diebus, cum Stiliconis tunc Comes seruis,
qui demonio laborauerat, in Ambrosiana basilica iam sanatus ma-
neret, commendatus à Domino suo (ferabatur enim, quod libenter
ab eodem haberetur) sacerdos falsae epistolae Tribunalis, compertum
est, in iactum, vt tenerentur homines, qui ad ministrandum perge-
bant. Sed vbi ad personam serui sui peruenit Comes Stilico, qui in
seruo suo noluit vindicare: homines etiam, qui decepti fuerant, in-
teruentu sacerdotii dimisit; de ipso vero seruo sacerdoti questus est.
Quem vir sanctus, cum de basilica Ambrosiana egredieretur, requiri
fecit, atque ad se perduxit. Quem cum interrogasset, & deprehendisset
auctorem tanti flagitij, ait: Oportet illum tradi Satanae & in in-
teritum carnis. Ne talia aliqui in posterum audeat admittere. Quem
eodem momento (cum adhuc seruo esset in ore sacerdotis sancti) spi-
ritus inuandus arreptum discipere cepit. Quo viso, non minimo ti-
more repleti sumus & admiratione. hanc Paulinus, qui & ista su-
perioribus addidit de legatione Reginae Marcomannoru,
quam hoc anno cõdiggille, ea qua dicuntur, facile declarabunt:

Per idem tempus Friritigil quaedam Regina Marcomanorum,
cum a quodam Christiano viro, qui ad illum forte de Italia pagri-
bus aduenerat, referente sibi audiret samam viri, Christo credidit,
curus illum seruulum recognouerit: missique muneribus placatus ab
Ecclesia postulauit, vt scriptis ipsius, qualiter credere deberet, infor-
maretur. Ad quam ille epistolam praecaram fecit in modum cate-
chismi, in qua etiam admonet, vt suaderet viro suo Romanis pacem
seruare. Quae accepta epistola, mulier iussit viro, & cum populo
suo se Romanis tradidit. Quae cum aduenisset Mediolanum, plu-
rimum doluit, quod sanctum sacerdotem, ad quem festinauerat,
minime reperisset: iam enim de hac luce migrauerat. hanc Pauli-
nus. Contigit autem (vt dicemus anno sequenti) men-
se Aprilis eundem sanctum sacerdotem ex hac vita migra-
se: vt plane intelligantur hanc inter eos hoc ipso anno
transigi cepta esse: Ar perisse dolemus adeo nobile scri-
ptorum Ambrosij monumentum, quo vniuo Spiritus te-
lo indomitos haecenus barbaros subiugauit, eo praesertim
tempore, quo aliae barbaricae nationes ipsum Orientale
depaescebantur Imperium. Perfruisse & in suscepta fide
Christi Marcomannos, semelque initam cum Imperato-
re Romano pacem firmiter custodisse, certo argumento
est, quod inter alios a sancto Hieronymo f diuersarum
nationum nominatos barbaros, qui eruperunt in Gallias
sub eodem Augusto, Marcomanni minime recentiri in-
ueniuntur, cum ceteri nominentur, nempe Quadi, Vvã-
dali, Sarmatae, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgan-
diones, & Alemanni, de quibus actum sumus inferius suo
loco.

Isdem Consulibus, tum Marcellinus g, tum Pro-
sper h prodigium memorabile illud signant, quo arden-
te desuper caelo, atque terra tremente deorsum, Con-
stantinopolitana vrbis confagratio, eiusque extremus
interitus timebatur. Rei quidem memorabilis fama suos
egressa fines, toto pene Orbe diffusa, cunctis innotuit:
qua allata in Africam, certisque testibus confirmata, à
Sancto Augustino i his verbis describitur: Nonne ante
paucos annos, Arcadio Imperatore Constantinopoli (quod dico,
audierunt nonnulli, & forsitan noverunt, & sunt in hoc populo,
qui illic praesentes fuerunt) volens DEVS terre civitatem, &
terrendo emendare, terrendo conuicere, terrendo mundare, ter-
rendo mutare: seruo cuidam suo fidelis viro (vt dicitur) militari
venit in reuelatione, & dixit ei, civitatem venturo de caelo igne
perituram. Eumque admonuit, vt Episcopo diceret. Dicitum
est. Non contempsit Episcopus, & allocutus est populum. Con-
uersa est civitas in lacum penitentie, quem admodum quondam illa
antiqua

II.
DE SERVO
STILICO-
NIS A S.
AMBROS.
LIBERA-
TO.

CI. Cot. 5.

III.
FRITIGIL
REGINA
MARCO-
MANNO-
RVM CVM
VIRO SVO
ET POPV-
LO SE-
DANT RO-
MANIS.

Hieron. epi.
II. 20.

IV.
g Mar. et. in
Chron.
h Prosper. in
Chron.

i Aug. de ex-
cidio vrbis,
cap. 6.
VRBESCON-
STANTI-
NOP. NO-
VO CASV
PERTER-
RITA.

IESV CHRISTI

Annus 396.

SIRICII PAP.
ANNUS 12.

ARCADII ET HONORII IMP.
ANNUS 2.

I.

1797.
in
1797.
1797.

TRICESIMVS nonagesimus sextus Christi an-
nus amboni Augustorum Consulatu, Arcadij quar-
tum, tertium vero Honorij Fastis adscribitur. Huius Ho-
norij Tertij Consulatus, sed primi post obitum paren-
tis Theodosij, meminit Paulinus d in Ambrosio, vbi &
quid accidit in editione munerum in ipso Consulatu
ingressu exhiberi solita, narrat his verbis: Per idem tempus,
con Consulatus sui tempore Imperator Honorius in vrbe Mediola-
nensi Libyranum seruum exhiberet numis, populo illic concurrente, Ra-
nacoa est missis militibus ab Stilicone Comite, horratu Eusebii Prae-
sulti, vt Cremonius de Ecclesia aperiret. Quem cõspicientem ad a-
re Domini, sanctus Episcopus cum clericis, qui in tempore aderat, des-
cendendum circumdedit. Sed multitudine militum, qua duces suos habebat
de perfida Arianorum, preualuit aduersus paucos; atque ablato Cre-
monio, exultantes ad amphitheatrum reuerterunt. Ecclesia lucam non

4 Paulin. in
vita S. Am-
brosij.

ECCLESIE
IMMUNI-
TATEM
VIOLAN-
TES DANT
POENAS.

antiqua Niniue. Tamen ne pararent homines, illam qui dixerat, vel fassit ad deceptum, vel fallaciter decepto: venit dies quando Deus fuerat comminatus. Intenti omnibus & exitum cum timore magno expectantibus, nocturno tunc ante iam mundo visa est ignea nubes ab Oriente. primo parua, deinde paalatim, vt accedebat supra ciuitatem, ita creuebat, donec tota vbi ingens terribiliter inueneret.

V. Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat. Omnes ad Ecclesiam confugerant, non capiebant multitudinem locum. Baptisimum extorquebat quisque, a quo poterat: non solum in Ecclesia, sed etiam per domos: per vias ac plateas salus sacramenti exquirebatur, vt fugeretur ira non praesens vtiq; sed futura. Attamen post magnam illam tribulationem, vbi exhibuit Deus fidem verbis suis, & reuelationis serui sui: caq; vt creuerat, immo nubes, paulatimque consumpta est. Populus securus paululum factus: iterum auulsum omnino esse iudicandum, quod ciuitas esse proximo Sabbatho peritura. Migravit cum Imperatore tota ciuitas: nemo in domo remansit: vni domum clausit, longe recedens a manibus: & dulcia tecta respiciens, relictis carissimis sedibus, voce miserabili caelestis. Et aliquot millibus tanta illa multitudine progressis, vno tamen loco fundendis ad Deum orationibus congregata, magnam firmam salutem vidit, & vocem magnam cuius ad Deum. Tandemque tranquillitate confecta, missis, qui renuntiarent sollicita, que praedicta fuerat hora transacta: & renuntiantibus, quod salua vniuersa uocem & tecta confisterent: omnes cum ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo sua quicquam perdidit patente: omnis homo scilicet dimisit, inuoluit.

VI. Quid dicemus? verum ista ira Dei, an patius misericordia fuit? Quis dubitat, misericordissimum Patrem corrigere voluisse terrendo, non pendendo punire, quando nihil hominum, nihil domorum, nihil manuum tanta impendens praesentis calamitatis lesit? Profus sane scilicet manus erigi ad seruendum, & confirmato illo, qui seruandus erat, misericordie reuocari: ita factum est illi ciuitati. Verum tamen se eo tempore, quo illa dolerebat, vniuersus populus abscessit, trueret vastitas loco, totamque videm sicut Sodomam nullam saltem ruinam remanentibus perdidisset: quia etiam sic dubitaret quod Deus periret illi ciuitati, quia praemonita & terribis, & discedente atque migrante loca ille consumeretur? sed haec tenus de his Augustinus. Cum autem meminit eiusdem prodigij Paulus Diaconus, precibus Arcadij ac populi tribuit ciuitatis ab imminente clade salutem, ait enim: Interea ingens terramotus Constantinopolis factus est, ita vt subitus terra tremaret, & desuper sulcus caelitus flamma penderet, tam diuque mansit, donec orationibus Arcadij Principis & populi Christiani praesentem perditionem Deus exoratus auerteret: probans se saluum esse & conseruatum humilium, & penitentium maiorum. Arcadius itaq; Imperator erat vniuersis & quietus, & circa finem vite pro huiusmodi causa venerabilis affirmatus. haec ipse de praesenti clade: quibus haec addidit ad eiusdem Arcadij commendandam praesentem fidem ac pietatem.

VII. In vrbe inquit, Constantinopoli domus est maxima, habens cognomen Caryae, id est, nucis: est enim in eius domo vestibulo arbor nucis, in qua (vt sermo est) fuerat appensus martyr & acinus, & defunctus: ob quam rem etiam oratorium illic est edificatum. Hunc Arcadius videre volens, ad orationem venit, votumque completo, reuertebatur: prout cuncti circa oratorium habitantes, volentes Imperatorem videre, curabant: & alij quidem serui domum praecesserant, vt melius aspectum Principis & ordinem viderent obsequij, alij vero sequerentur. Dumque omnes cum mulieribus atque filiis, simulque mancipijs extra domum fuissent egressi: repente maxima domus oratorio cedens, subito tanta corruit: clamor cum admiratione factus est, quomodo oratio Principis tantos ruinae viminibus periculo liberauerit. haec Paulus Diaconus, cum clauderet Arcadij pietatis ac merito sanctissimum Imperij ipsius primordis, optimi quidem atque Christianissimi Principis speciem edidit. Vtinam non Herodias, Ioannis hostis, eius lateri inhaesisset, quae postea ipsum a recto tramite aequitatis abduxit: sed de his inferius.

VIII. Effulsit quidem & in his potissimum Arcadij Augusti pietas, cui nihil penes se haberet antiquius, quam fide Catholicam ab omnibus hereticorum impetibus munire, haeresesque cum hereticis longe longius pellere, ac penitus profligare. Huius rei causa, simulac (vt vidimus anno superiori) liberae est nactus habenas Imperij, pluribus col-

dem hereticos exagitauit edictis. Sed & hoc anno eorundem petulantiam, cum iidem procaeter accepta a Praefecto licentia, se inferrent in Vrbe, prohibuit, dato ad Clearchum Vrbs Praefectum aduersus eosdem eiusmodi scripto, quo & ipse Praefectus puniendus esset.

Cuncti heretici proculdubio nonnulli omnia sibi loca huius Vrbs admodum esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive qua Diaconica appellantur, vel etiam Decanica, sive in privatiu domibus, vel locu priuatis Vrbs nostro adcorporandis. Praeterea omnes clerici hereticorum ex sacratissima Vrbe pelluntur, neque hi finibus liceat conuenire. Ad hoc interdicitur in omnibus ad huc manum faciendam intra ciuitatem uictu vel interduo profanitate conueniuntibus. Statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tue, si quid huiusmodi fieri vel in publico, vel in privatiu adibus concedatur. Dat. V. Non. Martij, Constantinopol. Arcadio quartum & Honorio tertium A.A. consil. haec quidem aduersus omnes hereticos. Ceterum Eunomianos priuato edicto ad Praefectum Praetorio Caesarem dato inquiri iussit, sic enim se habet:

Ne Eunomianorum tanta demencia perseueret, sublimi magnificentia tua omni studio auctoritate doctorisque Eunomianorum inuestigare festinet: clericique eorum maxime, quorum sanctorum tantum suauis errorum, de ciuitatibus pelluntur extores, & hominum castis segregentur. Dat. X. Kal. May, Constantinopol. Ariad. IV. & Honorio II. Consil. Sed & aduersus apostatas ad eundem Caesarium hoc eodem anno eiusdem Arcadij datum relatum extat d, ac rursus aliud aduersus idololatrias, quos exuit omnibus priuilegijs iudem antiquo iure concessis, quae deunitatis causa referre definimus.

Hoc eodem anno, qui sequens est ad Hunnorum atq; aliorum barbarorum egressu, S. Hieronymus (vt ipse testatur) de Nepotiano presbytero, ad quem de Vita clericorum libellum scripserat, iam vita functo, Epitaphium scripsit ad Heliodorum Altinensem Episcopum eius annuaculum, qui ingenti dolore eius decessu affectus erat, quod quem a tenera aetate Chionis insitar ad omnes perfectae clericalis vite numeros composuerat, cum magni gloria tum sanctitatis tum doctrine nitesceret, quo tempore ipse iam senior in eum Ecclesiastica onera refundere cogitabat, sic repente e manibus (vt dicitur) abreptus esset. Porro ipse Nepotianus proxime moriturus, patris sui S. Hieronymi & memor, faceret dotelem, quae videretur in fictis apli vellem legatur: cuius charitatis officij ideam Hieronymus eadem voluit epistola meminisse, cum ait: Quo crederet in tali illius tempore nostra necessitudine recitari, & in illante anima fludorum, sive dactylorum? Apprehensa auunculi manus. Nunc, inquit, tuncam, quae vobis in ministerio Christi, mirte dilectissimo mihi aetate patri, fratri collegio: & quocumq; te nepoti debebatur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebat. Atque in talia verba desecit, auunculi manum, me recordatione contrahens. haec ipse Hieronymus, quo eadem epistola eius virtutes perpetuar praesentiam, tota (vt ait) luxit Italia. Probe enim cognitis omnibus, non in clericatu tantum Christum esse effulsit, sed & cum aetate apud Imperatorem inter primos militans iunxit cum militia monasticam disciplinam.

Verum genus illud vitae quantumlibet summa laude dignum extiterit, tamen quod potiora praeparare videretur atque differre, haud sibi laudandum putauit ipse Hieronymus, dum haec ait: Referret (inquam) alius, quod in Palaty militia sub Chlaryde & candelis lino corpus eius uicino tratum sit, quod flans ante oculis potestatis, laudis uerumque portauerit: quod adhuc sub alterius indumentis alteri militauerit, & ad hoc habuerit cogulum, vt viduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisque subueniret. Mihi non placent dilaciones ista imperfecit seruus Dei, &c. Quae autem qualia praesentis factus clericus, qui sanctitate ita eluxit in aula, qui quae mente ce hinc quae de eo sanctus Hieronymus scribit, ex multis pauca rimari poterit, secretioraque penetrare. Ar de Nepotiano haec tenus, Annalium quidem digno memoria, qui sic ex hac vita recessit, vt tamen clericus disciplinae scripto per uiuentem in Ecclesia peccatam reliquerit formam expressam.

INCENDI-
VM ET
TERRAE-
MOTVS IM-
MINENT.
CIVITATI
CONSTAN-
TINOPOLI-
TANAE.

VI.
DIVINA
MISERI-
CORDIA
INCUTI-
TUR TI-
MOR.

a Paul. dia-
con. 39. 13.

VII.
ARCADII
PIETAS
COMMEN-
DATA EX
MYETIS.

VIII.
ARCADIVS
ITER VM
EXAGITAT
HERETI-
COS.

IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
XXXI.
XXXII.
XXXIII.
XXXIV.
XXXV.
XXXVI.
XXXVII.
XXXVIII.
XXXIX.
XXXX.
XXXXI.
XXXXII.
XXXXIII.
XXXXIV.
XXXXV.
XXXXVI.
XXXXVII.
XXXXVIII.
XXXXIX.
XXXXX.



XIII. a Hieron. quod y. PROPAGATIO TIBI CHRISTIANA.

Illud vero Hieronymi ex eadem epistola de propagato longe lateq; apud barbaros Christi nomine his attestatum putari: vt videas potentia Crucis victoris, qui diuersis in locis atque temporibus Romano bello intulerunt Imperio. Ab India (inquit) vsque ad Britanniam, a rigida Septentrionis plaga vsque ad feruorem Atlantici Oceani iam innumerabiles populi, & tantarum gentium multitudines, quoniam vniuersa longius habitata, tam vestibus & armis, quam ritu ac locustarum, & velut musca & culicis contereantur (absque ulla enim sui creatoris omnis hominis pecu est) nunc vero passionem Christi & resurrectionem cum tantarum gentium & vocis & litera sonant. Taceo de Helicis, Græcis, & Latinis, quæ nationes fidei sue in Crucis titulo Dominus dedicauit. Innotuere autem, & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somnauit. Democritus non credit, in consuetudinem damnationis sue Socrates disputauit in carcere, Indus, Persa, Gothus, Ægyptius philosophantur. Bellorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferis homines tumulabant, stridorum suum in dulce Crucis frugentem melos, & totum mundi vna vox, Christus est. hæc ibi; & in epistola ad Lætan eodem ferme tempore scripta ita in eandem sententiam b. De India, Perside, Æthiopia monachorum quotidie turmas suscipimus: Deposuit phœreæ Armenia; Hunni diuisum Palæstina; Syria se seora feruente calore fides: Getarum rutilus & flammæ excelsus Ecclesiarum celsissimus tentoria; & ideo serjitan centurias a nra propensitate; quia pari religione confidunt, hæc de Ecclesia vbiq; dilatata sanctus Hieronymus vt admiratione plane dignam sit, inter alios recentitos barbaros, ceteris omnib. ferociores, Hunnis, in totum Orientem agmine infesto grassantes, quætiens nefcius, nullamque certam sedem habentes, subiecisse tandem indomita colla iugo Christi, simulque loco fistere, atque pacem colere, & Dei laudes canere didicisse: Quoniam autem prædicante, plane nescitur.

XIV. BARBARA A NICE-TA CON-VERSÆ & PAVLUS DE REDU NICE-TA HIC IN DUC. BERTRED-DITI CHRISTI-ANA.

Fortasse autem idem illis accessit Apostolus magnus ille Nicetas, quem Bellas, Dacos, Getas, Scythasq; hoc tempore ad fidem Christi conuertisse, S. Paulinus & tradit: qui de Bellis, quorum supra citato loco S. Hieronymus meminit, per S. Nicetam Dacorum Episcopum ad fidem cõuer- sis hæc cecinit Sapphicus:

Nam simul terræ animusq; duri, Et sua Bestiæ duriore, Nunc oues facti, duce te gregantur. Pæcis in anlani. Quasq; ceruices dave feruituti Semper a bello indomiti negarunt, Nunc iugo veri Domini subactas Sternere gaudent. Nunc magis dines prelo laboris Bestias exultat: quod humi manusq; Ante querebat, modo mente celo Colligit aurum.

Subdit idem de iisdem Bellis iam vitam monasticam excolentibus, quæ nos superius alia occasione tertio tomo posuimus, cum egimus de propagatis vbiq; monasticis institutis. Porro Fideles factos & Scythas Nicete quoq; prædicatione, idem Paulinus his verbis docet:

Te patrem dicit tota plaga Boreæ, Ad tuos sacros Scythas mitigatur, Et sui discors fera te magistro Pectora ponit.

Addit & de Getis & Dacibus ab eodem ab Christi fidem conuersis; quorum sub Valentino superius mentio facta est. En vides tempora ista vna Romano Imperio infestissima, quam cessante Ecclesie Catholice felicissima, dum qui Romanis impetare barbarico furore studebant, mancipia Christi facta sunt, Crucis potentia subigati: quos quidem & Catholica fide imbutos esse, ex eorum cultore Niceta sanctissimo Catholico Episcopo Catholicis communicante, nullus est qui reuocare possit in dubium. De eodem vero Niceta ad sancta loca lustranda. N. terum in Italiam peregrinate idem Paulinus d. duplici carmine cecinit: cuius quidem priorem aduentum sequenti anno contigisse, suo loco eiusdem testificatione liquido apparuit.

Quod rursum spectat ad propagatam hoc tempore Christianam religionem, his attestamus, quæ de conuersis ad Oceanum Borealem positus populis per sancti Victri- cium confessorum Episcopum Rhotomagensem idem S. Paulinus ad eum scripta epistola tradit his verbis: Notum enim nobis scit Titus tuus carissimus frater & fidelis minister in Domitio, non quidem te magis, quam in te Deum prædicans, quanta Dominus per te lumina in obscuris ante regionibus accendisset: Qui educens nos f. ab extremo terre, te quoque in lucem populis suis de extremo Orbis eduxit, & clarum fulgor in plauis vberem fecit. Sicut terra Zabulon quondam & Nephtalim via maris transiit Iordanem Galilææ, & qui sedebant in regione umbræ mortis, lucem viderunt magnam: ita & nunc in terra Morinorum, situ orbis extrema, quam barbari fluctibus frenens tundiit Oceanus, gentium populis remoratur, quæ sedebant in latebris, via maris arenosa extra Iordanem, ante quam pinguesceret sine deserti in ea, orta sibi per tuam sanctitatem à Domino luce gaudentes, corda asperis, Christo intrante, posuerunt. Vbi quondam deserta silvarum ac lit- torum pariter in tota aduena Barbaria, aut latrones incola frequen- tabant: nunc venerabiles & angelici sanctorum chori, vrbes, oppida, insulas, silvas Ecclesias & monasteria plebe numerosa pace consona celebrant. Quod quamquam totius Gallicæ populis & vbiq; gentium Christi operetur, qui totum Orbem circuit, quærens dignos se, & per nationes in animas sanilas se transfert, & in vis directio- nis ostendit se hiliter, & omni pronidantia occurrit amatoribus suis: tamen in remotissimo Nervii littoris tractu, quem tenui an- te hæc spiritu fidei veritate affluerat, te postionem in vniuersa electio- nis excerpit, in te prima resulsit, clarus inualuit, ardentius & propi- tius apparuit, in quo & sanctificaret ille nomen suum, & per cuius nomen etiam solis ab Occasu in omnem terram sonus eius exiret, as- sumpsit. Denique nunc Rhotomagum & vicinis ante regionibus tenui nomine perualgatum, in longinquis etiam provinciis nominari vene- rabiliter audimus, & inter vrbes sacras locis nobiles cum diuina Lau- de numerari, haud immerito, & c. plura enim habet de nobilitate Ecclesie Rhotomagensis ex studio cultu Christiane obsequantie comparata. At de propagatione Fidelium hu- jus temporis hæc tenus.

XV. e Paulin. epist. 25. f Paul. 134. g Luce 9.

POPULI AD SEP- TENTRIO- NALEM OCEANUM POSITI, CONVERSI AD FIDEM.

IESV CHRISTI

Annus 397.

SIRICII PAP. ARCAD. & HONOR. IMP. ANNUS 13. ANNUS 3.

Q Vi sequitur Christi annus trecentessimus nonagesimus septimus, Consulatu Cæsarij & Artici, factis ad- scribitur: quo hæreses Origenis sub pietatis inuolucro per Rufinum presbyterum Aquileiensem & Palaestina cum Melanis Romam redeuntem inferuntur in Urbem; propinataeque auro calice Babylonis, antequam inebriarentur il- lis Fideles, detectæ atque explosæ fuerunt. Hæc autem quomodo se habuerint, dicendum per singula: sed ante omnia, quæ sunt temporis, elucidanda. Rufinum quidem in diuiduum Melaniae comitem cum ea in Ægyptum profectum & in Palaestinam, ibique apud eam, vsque dum illic mansit, Hierosolymis vitam transigisse, quæ dicta sunt superius ex S. Hieronymo litis significat: at ea de- mum remeante Romam, eiusdem allecatum esse vestigia, Palladiusque Paulini testificatione exploratum habe- tur: ait. n. Palladius h: Erat etiam cum ea Rufinus quidam nomi- ne, cuius Italus ex Aquileiensi oppido, vbi nobilium & in proposito sin- gulari situ sortium morum; qui & ad presbyteratum postea meruit peruenire: quo nullus mansuetior, sortior, & placidior tanquam o- mnia faciens, in secula viri patuit inueniri. Ipsi vixit in viginti, & se- ptem annis, omnes apud Hierosolymam sanctos atque peregrinos Episcopos, monachos, varguesque (hoc enim voverant Deo) suscepe- re, suis propriis sumptibus, & c. agitque paulo post de eorundem reditu Romam, de quo & nos itidem. Hæc Palladius de Rufino, eadem in Origenis erroribus concors, vt su- perius pluribus demonstratum est. Sed & Paulinus comi-

L. ORIGENIS ERRORIS INFERN- TVR IN VRBEM.

h Pallad. in Lausiac ca. 33 epist. 15. rom. tom. 7.

